



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis,  
quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, &  
praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque  
obeundi**

**Dirckinck, Johann**

**Coloniæ, 1690**

§. V. Motiva ad piè psallendum vel orandum Horas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50863](#)

P

INCUNA

verbo  
trans  
mūn  
ge Re  
rian  
nsim  
udin  
? a  
int  
igat  
spin  
inter  
Bella  
g. c.  
lunt  
omma  
47  
toti  
ta  
nece  
rculu  
ganda

evagando, sed Seraphinorum more summa  
cum reverentia & tremore Dominum  
Deum exercituum laudando. Ad quod  
conducunt sequentes consideratiuncula.

## §. V.

Motiva ad pie psallendum vel  
orandum Horas.

**D**um anterecitationem, vel cantum  
subinde paulisper expectandum est  
in choro, animum collige, unumque ex  
sequentibus motivis aliquantulum rumi-  
na, ut ad ferventius psallendum accen-  
daris.

## Motivum I. Author.

**O**fficii Author est ipse Spiritus Sanctus, cuius numine afflati Viri sancti  
oracula edidere, ex quibus officium con-  
fectum est. Hinc illud legens vel cantans,  
numinis ipsius verba, vocesque efferre te  
cogita; quibus si mens non respondeat;  
sed temere huc, illuc evagetur, quas tri-  
ta & inutilia mali Poetæ carmina re-  
citaret; patet, gravem Deo injuriam  
inferri.

Moti-

prolog  
lacerdoti

## Motivum II. Materia.

**M**ateria officii sunt psalmi, hymni, lectiones, nucleus & media sacrae Scripturae, ac flores selectissimi Patrum: quae modo altissima SSS. Trinitatis, Incarnationis & passionis mysteria ponunt; modo salutaria vita monitadunt; modo in fidei, spei & charitatis erumpunt. Quam igitur index est, tam alta, tam sancta, minoratione tractare, quam profana, negotia secularia!

## Motivum III. Finis.

**F**inis, quem Spiritus Sanctus & Ecclesia in officiis Divini institutionis tendit est Dei gloria, & nostra necessitatibus utilitas. Cogita igitur Majestatem divinam, tum propter infinitam petitionem suam, tum propter summam raritatem suam nunquam sufficiente illa creatura laudari posse. Glorificum Dominum, quantumcumque potestis, pervalebit enim adhuc admirabilis misericordia ejus. Eccli. 43.

## Motivum IV. Necessitas.

**C**ogita quanta sit multitudo & magnitudo necessitatum communium & privatuum, misericordiarum corporis & animae, morborum, heresum, peccatorum, calamitatum, persecutionum, tentacionum, periculorum, quibus tota per orbem terrarum Ecclesia militans involvitur & penè obruitur. An non hæc iure fervorem orationis exigunt?

## Motivum V. Utilitas.

**E**xpende quot, in pia attentaque officiis persolutione, actus fidei, spei, charitatis, religionis, gratitudinis, aliarumque virtutum exerceas; ac proinde quot gradus gratiae & gloriae acquiras, quot charismata, dona & auxiliatibi aliisque compares.

## Motivum VI. Dignitas.

**C**onsidera quanta dignitas sit, populi totius nomine velut legatum mitti ad Divinam Majestatem, de negotiis gravissimis tractaturum, ut de aeternâ hominum salute, de liberatione eorum è captivitate Diaboli, de erventione ex aeternis Orci

incen-

incendiis, de obtinendo regno cœlesti, & vanti eximendis animabus. è carcere flammæ vel rerum purgantium. An non par est talis legæ sola rationis munere, summo studio, diligentia manu que perfungi?

## Motivum VII. Felicitas.

**V**nde quanta sit felicitas tua, cui præ aliis, secularibus mundi negotiis im plicatis, per gratiam vocationis tuae conceditur & pia voluntas, & prompta facultas agendi & loquendi cum Divina Majestate, pro te, aliisq; deprecandi, angelicisq; Choros imitandi laudando & glorificandi Deum.

## Motivum VIII. Jucunditas.

**D**ispice quanta animæ Deum amarū jucunditas sit, in conspectu Angelorum psallere, & cum jubilo cordis, cum illustratione mentis, cum inflammatione voluntatis, letum alleluja toties cantare, Deum cum solatio & exultatione benedicere & glorificare: Gustate & videte.

## Motivum IX. Præsentia Dei.

**R**ecordare te versari in conspectu Numinis, corda scrutantis, singula obser

vanti



q; d' vantis, omnia judicantis, & pro meritis,  
 mma vel remunerantis, vel punientis. Si itaq;  
 s lega sola Dei presentia & aspectus propter sum-  
 entum Numinis Divini excellentiam, sum-  
 mam exigit reverentiam: quanto magis si  
 vel Majestas illa te alloquatur, vel tu uer-  
 miculus illam?

### Motivum X. Exemplum Beatorum.

**P**ropone tibi sapius fervorem inexplica-  
 bilem Civium cœlestis Hierosolymæ,  
 Deum sine fine laudantium: Beati qui ha-  
 bitant in Domo tua, Domine; in secula secu-  
 lorum laudabunt te. psalm. 83. Hos emulare.

### Motivum XI Contrarium

#### Damnatorum.

**A**pprehendevivaciter tot millena enil-  
 lia Damnatorum & Diabolorum die  
 & nocte non cessare Deum maledicere, blas-  
 phemare, & execrari; An non æquum fore  
 nos mortales tantam mephitin devotionis  
 fragrance, & orationis incensis suffumigare?

### Motivum XII. Malitia Peccatorum.

**S**imiliter cordi sume tot millia Ethnico-  
 rum, Iudeorum, Hæreticorum, aliorum-  
 que

que Mundi peccatorum , qui eo tempore  
 quo tu psallis, Deum gravissime offendunt  
 imprecationibus, juramentis, blasphemias,  
 aliisque linguae à Gehenna inflammatu-  
 sceleribus. An non equissimum foret, ut ha-  
 Numinis offensas & injurias deprecari, tem-  
 oppositis laudibus ac benedictionibus, pri-  
 viribus compensare studeas ?

## §. V I.

Præstanda ante Officium Divinum  
 aliaque orationes vocales.

I. **A**nte orationem prepara anima omnia  
 tuam , ne sis quasi homo tentacipiat  
 Deum. Eccli. 18. Unde si peccati cuiusdam nobis p-  
 gravioris conscientia te redarguat , consuis in-  
 tritionem elice ; non enim est speciosa laresider  
 in ore peccatoris : Ne audias illud propositio se  
 49. Peccatori dixit Deus , quare tu ennumer-  
 ras justicias meas ?

II. Excita desiderium quam fervent Propo-  
 simè laudandi. Benedicite Dominum qua huma-  
 rum potestis major enim est omni laudis in nut-  
 Eccli. 43. Fruvabit, si tempus ferat, consid proster-  
 ratio aliquius motivi ex antedictis. Etante

III. P.